La presunción confirma ó debilita el dicho de los testigos.

Præsumptio ex cognitis causarum, ex multis circunstantis colligenda est. Ut in proœmio Inst.

La presunción tomada del conocimiento de ciertas cosas, ha de deducirse considerando la diversidad de circunstancias.

Præsumitur in qualibet causa id, quod frequenter accidere solet: nisi diversum probetur. Lex neque naturales. Cod. de probationibus.

Se presume en cualquiera causa aquello que suele suceder con frecuencia, si no es que se prueba otra cosa.

Praesumptio nonnumquam censetur liquidissima probatio ac manifesta. Lex ita demum. Cod. Just. de procur.

La presunción nunca se tiene por prueba ciertísima y manifiesta.

Praesumptio transfert onus probandi in adversarium. Lex fi. Dig. quod metus caus.

La presunción impone la carga de probar al adversario.

Praesumptionem lex potest ob causam introducere ubi nulla esse videtur. Lex 1. § rei uxoriae. Cod. de rei uxor.

La ley puede introducir una presunción con motivo justo allí donde ninguna había.

Praesumptio trifariam transfertur de tempore in tempus: Videlicet, ex praeterito in futurum. Cap. mandata. Ex praesenti in praeteritum. Lex si quis adulterium. § 1. Dig. ad legem Jul. de adult. Ex praeterito in praesens. Inst. in proœmiò versicul. Quorum omnium solertiam. Ex praesenti in praesens. Quod est regulare, 6, q. 1, cap. qui crimen.

La presunción se transfiere de tres maneras de un tiempo á otro, á saber: de lo pasado á lo futuro; de lo presente á lo pretérito y de lo pasado á lo presente; de lo presente á lo presente.

Præsumptio non semper est vera probat. Lex 3. Cod. de instrument. et jur. hast. fisca.

La presunción no siempre es verdadera.

Præsentia ejus, qui per rerum naturam non potest intelligere quid agatur nullam facit præsumptionem. Lex 1. Dig. de author. et consens. tutor.

La presencia de aquel que por la naturaleza de las cosas no puede entender lo que se trata, no produce presunción.

Præsumptio neminem juvat, nisi allegetur apud judicem, qui circunstantiam ejus plerúnque non potest divinare. Lex si adulterium. Dig. ad legem Julia de adult.

Á nadie aprovecha una presunción que no se alega ante el juez, que no puede las más veces adivinar las circunstancias que produce.

Præsens non praesumitur consentire: quando detrimentum ejus indirectè tractatur. Lex Cajus Sejus. Dig. de pignor. action.

No se presume que consienta el que está presente cuando se trata indirectamente de su daño.

Praesumptioni possunt apertissimae probationes opponi. Lex ultima. Dig. quod met, caus.

A la presunción se pueden oponer pruebas evidentes.

Praesumptioni rectè opponitur probatio veritatis: modò tamen in id eodem genere fiat. Nam adversus conjecturam ex scripto, probare oportet alia scriptura: alioquin simplicem praesumptionem simplex testium probatio tollit. Lex optimam. Cod. Just. de contrahend. stipul.

A la presunción rectamente se opone la prueba de la verdad, con tal que sea del mismo orden. Porque contra una conjetura por escrito, conviene probar con otra escritura: de otra manera la simple prueba de testigos destruye la simple presunción.

Præsumptio sola non efficit, ut in accusatione gravis delicti procedatur ad condemnationem. Dig. ne quis eum. qui in jus vocat. est. Cap. litteras.

La presunción sola no basta para condenar cuando se trata de un delito grave.

Præsumitur mentiri is, qui variat sine causa adsertionem suam in judicio, vel extra judicium. Ibidem.

Se presume que miente aquel que sin justa causa varía su declaración producida en juicio ó fuera de él.

Præsumptio malæ fidei non potest allegari post quadraginta annos. Lex fi. Cod. Just. unde vi.

La presunción de mala fé en un poseedor no puede ser alegada después de 40 años.

Præsumptionem metus vel doli mali tollit presentia amicorum. Lex transact. cap. de transact.

La presencia de amigos destruye la presunción de miedo ó del dolo malo.

Præsumitur dolus nocendi in eo, qui clàm aliquid mali facit, nec ulla admittitur ejus excusatio, ut si quis in domo amici contrectans res deprehendantur: et is dicat se joco fecisse. Salom. in Parabo. cap. 26, cap. 1 de praesumpt. Sicut noxius est, qui mittit lanceas et sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuit deprehensus, dicit: Ludens feci. Dist. 2, cap. si quis post acceptum.

Se presume dolo para engañar en aquel que hace alguna cosa mala ocultamente, ni se le admite ninguna excusa, como si alguno es sorprendido en la casa del amigo substra-

yéndose alguna cosa y diga que lo hacía de broma: Así como es peligroso el que lleva lanza y saetas con que amenaza mortalmente, así es perjudicial el que fraudulentamente causa daño á su amigo, y si es descubierto dice que estaba jugando.

Praesumitur malam habere litem, qui dilationes postulat non necessarias. Cap. nullus de praesumpt.

Se presume que es mala la causa de aquel litigante que pide dilaciones que no son necesarias.

Praesumptio colligi potest ex habitu personae, qualis sit. Lex moveor. Cod. si servus exportans vent.

La presunción se puede tomar de las costumbres y hábitos de una persona.

Praesumitur pro Judice, et pro tabellione. Lex 1. Cod. de off. Judic.

Siempre se presume en favor del juez y de su actuario.

Praesumitur actum esse inter contrahentes id, quod est ex natura contractus et consuetum. Lex cum quid. Dig. si cert. petat.

Se presume que los contrayentes han atendido en sus convenios á la naturaleza de su contrato, y á lo que acerca de él tiene establecida la costumbre.

Praesumitur testatorem ibi voluisse solvi legata, ubi domicilia habent legatarii: etiam si major pars haereditatis in alio loco sit. Lex sed et si suscipit. Dig. de judic.

Se presume que el testador quiso que los legados se paguen en el domicilio de los legatarios, aunque la mayor parte de la herencia esté en otro lugar.

Praesumitur, legem nolle nimis anxiè requiri id, quod ipsa non expressit. Lex de pretio. Dig. de public. Contractus praesumitur simulatus inter patrem et filium. Lex qui

testamentum. Dig. de donatio. inter vir. et et uxor. Lex si quis donationis. Dig. de contrahenda emptio.

Se presume que la ley no quiere que se exija de una manera congojosa aquello en que no ha expresado que se haga así. Se presume simulado el contrato entre el padre y el hijo.

Praesumitur non idoneus, qui lædit aut læsurus est alium officio suo. Lex 2. Cod. de his qui veniam imp. poss. aetat.

Se presume que no es idóneo el que en su oficio causa ó ha de causar un daño á otro.

Praesumitur sortem debere, qui usuras longo tempore solvit. Lex cùm de in rem verso. Dig. de usur. Mulier edens partum undecimo mense post obitum mariti, praesumitur ex alio concepisse. Novell. de restitut. dot. rer. § siquidem Mulier. const. 30.

Se presume que debe el capital el que por largo tiempo ha pagado las usuras. La mujer que dá á luz un hijo después del undécimo mes de la muerte de su marido, se presume que lo concibió de otro.

Praesumendus est naturalis affectus filii erga patrem. Lex Aurelius. § Titius testament. Dig. de libera. legat. donatio praesumitur propter inclinationem proximitatis. Lex censualis de donationi.

Siempre es de presumirse en el hijo un afecto natural para con su padre.

Praesumitur animum habuisse occidendi is, qui gladium strinxerit, et eo percusserit: modo si non appareat diversum. Lex 1. § Divus Adrianus. Dig. ad leg. Cornel. de sicar.

Se presume que ha tenido ánimo de matar el que atacando con arma blanca hiere á otro; si no es que se pruebe lo contrario.

Praesumuntur quidam esse boni, quia nationis sunt infatuatae. Quidam mali, quoniam ea natione sunt, quae

valdè infamis est. Lex quod si nolit. § qui mancipia. Dig. de ædil. edict.

Se presume que son buenos aquellos que son hijos de naciones no infames; esto es, que son de buen nombre; y que son malos los que lo son de una patria de mala fama.

Præsumitur scire quid agatur, praesens. Lex testium facilitatem. Cod. de testib.

Se presume que el que está presente sabe lo que se está haciendo.

Praesumitur non esse solvendo is, cujus bona venaeunt, ad instar illius qui apertè prodigus est. Lex tres tutores. § fin. Dig. de administr. et peric. tutor.

Se presume que no es solvente aquel cuyos bienes son vendidos, como sucede con aquel que de una manera cierta es pródigo.

Præsumitur ex naturali inclinatione cognatio sanguinis, exemplo Salomonis omnium celeberrimo. 3. Reg. 3. cap. 2 de praesumptionib. Ex studiis suis intelligitur puer: Videlicet, qualis futurus sit Deo et Reipublica. Proverb. 26 cap. 3 de praesumptionib.

Se presume el parentesco consanguìneo por la inclinación natural, de lo que se vé un ejemplo muy célebre en Salomón. Por las propensiones de un niño se puede predecir lo que será para con Dios y para la República.

Præsumuntur vicini scire conditione vicinorum. Cap. quosdam et seq. eod. tit.

Se presume que los vecinos conócen la condición de sus convecinos.

Præsumitur non esse factam transactionem, nisi probetur. Lex qui cum tutoribus. § fin. Dig. de praesumpt.

No se presume que se haya celebrado una transacción, sino que ha de probarse.

Praesumitur princeps vel magistratus scire consuetudinem ditionis süæ. Lex 2, Cod. quæ fit long. cons.
Se presume que el príncipe ó el magistrado conoce las costumbres de sus dominios.

———

Præsumitur litigantes habere votum obtinendae sententiæ. Lex in ratione legis Falcidiæ retentiones. Dig. ad leg. Falcid.
Se presume que los litigantes tienen el deseo de obtener sentencia.

———

Praesumptionem introducit vox unius testis, tametsi non probet, quia moneri oportet judicem, Ut tit. de consuet. recti. feud. § Sacramentum.
El dicho de un testigo produce presunción, porque el juez lo ha amonestado para que diga verdad.

———

Praesumitur quis non alienasse id, quod possidet. Lex sicut. § voluntate. Dig. quib. mod. pig. vel hyp. sol.
Se presume que el que posee una cosa no la ha enagenado.

———

Praesumitur donare, qui sciens indebitum solvit. Lex cujus per errorem. Dig. de reg. jur. Et ideo solvens eo casu non habet conditionem indebiti. Lex 1. Dig. de condict. ind. lex 53.
Se presume que dona el que á sabiendas paga lo que no debe, y por tanto, en este caso no hay acción para repetir contra el pago indebido.

———

Praesumptio in materia legatorum ex multis colligitur gradatim, quae in aliis etiam praesumptionum speciebus plurimum valent. Lex si servus plurium valens. § fin. Dig. de legat.
La presunción en materia de legados se va deduciendo gradualmente de las muchas circunstancias que también engendran presunción en otros negocios.

Praesumitur nemo voluisse, ut quis eandem rem bis consequatur. Lex Maevius fundum. Dig. de legat.
Se presume que nadie quiere que otro reciba dos veces una misma cosa.

———

Praesumptioni tunc est locus cum veritas alio modo investigari non potest. Lex numis. Dig. de legatis.
La presunción tiene lugar cuando no puede investigarse la verdad, ni conocerse de otro modo.

———

Praesumitur sciens qui scire debet, licet sit ignorans. Lex sed et si pupillus. § proscribere. Dig. de inst. act.
Se presume que sabe alguno lo que saber debe aunque sea un ignorante.

———

Praesumitur bonus, qui de bono genere natus est. Vide, Bonus.
Se presume que el varón bueno ha nacido de buenos padres.

———

Præsumitur nemo suumm jactare, vel perdere. Lex cum de indebito. § fin. verò. Dig. de proba.
Se presume que nadie quiere disipar ó perder sus bienes.

———

Præsumitur bonus vir memor suae salutis. Lex fin. § et licet. Cod. ad legem Jul. repet.
Se presume que el hombre bueno cuida de su salud.

———

Præsumitur id quod malè actum est, semper injuriam häbere. Lex si quis. Dig. ad leg. Aquil.
Se presume que una mala acción siempre causa injuria.

———

Praesumendum est potius bonum quàm malum, ubi factum utramque interpretationem admittit. Lex Quintus Mutius, et lex meritò. Dig. pro socio.
Cuando un hecho es susceptible de buena ó mala interpretación, se presume que es bueno.

Praesumitur negare, qui diversum asserit. Lex cùm precibus. Lex maritus. Cod. de procuratoribus.
Se presume que niega el que declara con variedad.

Praesumptio non sola sufficit ad damnandum. Lex absentem. Dig. de pœnis.
La sola presunción no basta para condenar.

Praesumptioni levi non est standum. Lex denique. Dig. de minorib. 25 annis.
A una presunción leve no se debe asentir.

Praetor sine causa transigentem aliquando non audiet. Lex cum hi. § in causa. Dig. de transact.
El pretor no oye alguna vez al que transige sin causa.

Praetore autore qui possidet, justè possidet. Lex justè possidet. Dig. de acquir. vel amitt. possess.
El que posee autorizado por el pretor, posee justamente.

Praetor ad arma et rixas non patiatur procedere eos, quos potest sua jurisdictione componere. Lex congruet. Dig. de off. praesid.
El pretor no permite que apelen á las vìas de las armas, aquellos á quienes puede arreglar por medio de su autoridad.

Praetor cúm unum ex pluribus judicare vetat, caeteris id committere videtur. Lex cum praetor. Dig. de judic.
Cuando el pretor veda que se juzgue de uno entre muchos asuntos, se entiende que encomienda el juicio de los demás.

Praetor quandoque mentiri permittit. § namque. Inst. de action.
Alguna vez se permite que el pretor finja lo que no es cierto.

Prætoris factum juri derogare non oportet. Lex 1, Dig. de fer. et dilat.
El derecho no puede ser derogado por un acto ó decreto del pretor.

Pretia rerum constituuntur secundum communem æstimationem, non secundum singularem cujusque affectionem. Lex pretia rerum. Dig. ad leg. Falcid.
El precio de las cosas ha de constituirse con arreglo á la estimación común y no conforme á la afección particular de cada uno.

Prætextus liciti, non excusat illicitum. Lex illicitas. Dig. de offic. praes.
El pretexto de lo lícito, no sirve de excusa á lo ilícito.

Praetextu debiti, restitutio commodati non probabiliter recusatur. Lex praetextu. Cod. de commod.
La restitución de la cosa recibida en comodato, no se puede excusar por el comodatario á pretexto de adeudo del comodante.

DE PROBATIONIBUS DICTORUM ET FACTORUM.

Probatio est rei dubiae per argumentum ostentio. Notatur in tit. Cod. de probat.
Prueba es el argumento ó medio con que se investiga la verdad de una cosa dudosa.

Probatio seu fides judici est facienda non adversario. Lex inter stipulantem. § 1. Dig. de verb. oblig.
La prueba se ha de producir para el juez, no para el adversario.

Probatio numquam satisfaceret adversariis, etiam si solem ipsum ad ostendendam veritatem in manibus gereres.
La prueba nunca dejará satisfecho al contrario, aunque fuese posible traerle el sol á la mano para con su luz descubrir la verdad.

Probanda non sunt alia, quàm quæ necessario ad causam pertinent. Lex ad probationem. Cod. de probat.

No se han de probar otros hechos que los que son necesariamente pertinentes á la causa de que se trate.

Probatío est duplex, altera plena ac justa: Altera verò semiplena nec satis demonstrans.

La prueba es de dos maneras: la una plena y justa; la otra semiplena ó que no demuestra lo bastante.

Probationis plenæ sex sunt species.

Son seis las especies de probanzas plenas.

Prima.—Testes saltem duo faciunt plenam probationem. Lex 2 et 3. Dig. de testib.

1. ☞—Dos testigos por lo menos, hacen prueba plena.

Secunda.—Instrumenta, hoc est, scripturae fide dignae faciunt justam probationem: Veluti, scripto tabellionum, aut magistratum, aut sigillis confirmata. Lex 1, Dig. de fide instrument. Item libri et scripturae in publica custodia repositi. Lex census. Dig. de probat. cap. post cessionem.

2. ☞—Los instrumentos, esto es, las escrituras fidedignas hacen prueba justa, como la escritura autorizada y sellada por un escribano ó por los magistrados. Igualmente los libros y escritos públicos que se guardan en los archivos.

Tertía.—Confessio plenè probat adversus confitentem in jure, hoc est, in judicio. Lex 1, Dig. de confess. Confessio tamen falsa potest ex ipsa veritate manifesta revocari. Lex inde revocari. Neratius. § ult. Dig. ad leg. Aquil.

3. ☞—La confesión prueba plenamente contra el que la hace en juicio. La confesión falsa puede revocarse por la verdad manifiesta.

Quarta.—Evidentia facti habet absolutam probationem ut cùm quid sensu corporeo coram percipitur. Si quis enim asserat vulnus atrox esse, et mox indicet locum, certè haec

probatio non potest revocari in dubium. Lex vulneris. Dig. de injur.

4. ☞—La evidencia del hecho produce prueba completa; tal es la existencia de una cosa que se percibe y toca con los sentidos corporales. Si alguno asegura que tal herida es grave ó mortal y señala el órgano que ofendió gravemente, esta prueba no puede ponerse en duda.

Quínta.—Justa ac vera probatio producitur ex jurejurando, quod ab altero litigatorum defertur alteri, vel quod judex decernit in supplementum semiplenæ probationis. Lex 1, Dig. de jurejurand. Maximum (ait) remedium expediendarum litium in usum venit jurisjurandi religio, qua, vel ex pactione ipsorum litigatorum, vel ex authoritate judicis deciduntur controversiæ. Et Paulus in lex sequent (inquit) speciem transactionis continet, majorémque habet authoritatem quàm res judicata. Et in lex non erit, Dig. dict. tit. Dato jurejurando, non aliud quaeritur, quàm an juratum sit, remissa quaestione an debeatur, quasi satis probatum sit jurejurando. In causis autem criminalibus, quae apertissimam exigunt probationem, non defertur jusjurandum. Lex fin. Cod. de probat.

5. ☞—Prueba justa y verdadera produce el juramento deferido por un litigante al otro, ó el que decreta el juez para completar una semiplena prueba. Se adoptó por el uso un grande remedio para resolver los litigios, y es la religión del juramento recibido por pacto de los mismos litigantes entre sí ó por la autoridad del juez. El jurisconsulto Paulo dice que el juramento es una especie de transacción que tiene mayor fuerza que la cosa juzgada. Y en otro lugar del Digesto se establece que, dado el juramento, ya no se busca más que el averiguar lo que en él se aseguró, dándose esto por probado, y prescindiendo de si se debía ó no. En las causas criminales que exigen una prueba plenísima no se defiere al juramento.